



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 9. Verviniense colloquium de pace inter Hispaniæ, & Franciæ Reges  
sancienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

æque vendicari a nota erroris per ratio- Sæcul. XVI.  
nes productas a defensoribus suis, ad quas A.C. 1598.  
plene responsum fuit. Expensis deinde E-  
piscoporum, & Universitatum scriptis, quæ  
Romam misit supremus Hispaniæ Inquisi-  
tor ad Sedem Apostolicam, apparuit ex  
pluribus illorum, judicium Congregationis  
non rigorosum, sed mitissimum fuisse, at-  
que adeo persistendum in censura, prout in  
Actis.

### §. IX.

*Verviniense colloquium de pace inter  
Hispaniæ, & Franciæ Reges sau-  
cienda.*

Interea Alexander Medicæus Florenti- Thian. l. 120  
nus Cardinalis a summo Pontifice Daniel Hist.  
ante biennium Legatus in Franciam de- de France  
cretus continuato studio pacis negotium tom. 10.  
promovere satagebat, tam prospero co- Spond. hoc  
natus sui successu, ut ad Januarium anno n. 2.  
mensem inter Hispaniæ, & Franciæ Re-  
gum Oratores colloquium Vervini in  
Veromanduis, quod Gallicæ ditionis op-  
pidum est, colloquium haberetur: præ-  
stituta igitur die Pontificis nomine eo  
convenerunt præfatus Cardinalis, nec  
non Franciscus Gonzaga Episcopus Man-  
tuanus, & Bonaventura de Calatagi-  
rona Generalis Minister Ordinis sancti  
Francisci: Henricus vero Franciæ Rex  
eo

**Sæcul. XVI.** eo ablegabat Pomponium Pelleverium  
**A.C. 1598.** & Brulartum Sullerium Parisiensis Se-

natus Præsidem: ab Alberto autem Archiduce, qui a Philippo II. pacis conciliandæ facultatem obtinuerat, missi aderant Joannes Richardotus privati Consilii in Belgio Praeses, Joannes Baptista de Taxis Sancti Jacobi Eques, & bellum Senatus Consiliarius, denique Ludovicus Verrichenus primus Secretarius, Consilii Thesaurarius. Convenientibus cunctis de loci prærogativa inter Delegatos alteratio innovata est jam tempore Concilii Tridentini agitata, quia tamen hac ratione componebatur, ut Cardinalis Legatus in media aula sub umbraculo in editiori loco solus, atque a ejus dexteram Gonzaga Pontificis Nutius, & postea proximi federent ea ex parte Richardotus, Taxis, & Verrichenus Hispani Oratores: ad laevam vero Belleverius Franciæ Orator uno gradu prior ante Richardotum suam sedem haberet: demum extra ordinem Calatagirona postremum locum occuparet prope Casparum de Geneva Lullini Marchionem, qui Caroli Emanuelis Sabaudiae Principis nomine intererat: porro Galli æque, ac Hispani palam declarabant, quod hic sedendi ordo neutri parti præjudicio esset. Ceterum hoc colloquium ferme integrum quadrimestre

tene-

tenebat, usque dum de pactis utrinque conventum esset.

Sæcul.XVI.  
A.C.1598.

§. X.

*Franciæ Regis expeditio in Britan-*  
*niam aduersus Mercurianum Ducem.*

**H**enricus cum prosperum pacis exitum, plenamque regni tranquillitatem si-  
bi polliceri haud posset, donec Fœdera-  
tos, qui adhuc in Britannia sub Mercu-  
riani Ducis imperio bellum prosequen-  
tibus, vel lenitate, vel armorum vi ad  
obsequium revocasset, hinc præter duo-  
decim belli tormenta, duodecim peditum,  
& duo equitum millia in Britan-  
niam sub Alberto Gondio Redefiarum  
Duce præmittere statuit, dato negotio,  
ut Connestabilis cum sex peditum milli-  
bus, ac mille ducentis Equitibus interea  
Picardiæ fines tueretur: ipse vero Rex  
die decima octava Februarii eo contendi-  
dere decrevit; sæpius enim Britonnes  
Proceres eidem significabant, quod sola  
ipsius præsentia rebelles abs dubio ad  
officium redactura esset. Nec vana erat  
eorum pollicitatio; vix enim Regis ex-  
ercitus appropinquabat, cum jamjam  
Dinemum, & Plesium-Bertrandi dedi-  
tione caperetur: ipso autem Rege ad-  
ventante Petrus Cornutus Plessius, qui  
Cratum, & Monianum tenebat, mis-  
sis ad Regem Delegatis die vigesima

*Thuan. l.c.*  
*Daniel pag.*

206.

*Hist.Eccles. Tom.LII.*

T pri-